

## **Sancti Hieronymi Stridoniensis Opervm, Tomi ...**

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplariorum multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Commentarii In Epistolam Ad Ephesios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](#)

COMMENTARII IN EPISTO-  
LAM AD EPHESIOS.

## CAPUT I.

**D**Aulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei. ] Non meis meritis.

b ¶ Omnes sancti fideles, non omnes fideles sancti. Quia possunt etiam catechumeni ex eo quod Christo credunt, fideles dici, non tamen sancti sunt: quia non per baptismum sanctificati. Sive sic intelligendum, quod scribat, fideliter seruantibus gratiam sanctitatis.

c ¶ Qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu. ] Non omnibus Ephelij, sed his qui credunt in Christo.

d ¶ Gratia vobis & pax. ] Tunc vobis valebit gratia, si ei non satis ingrat, salutem vestram vestris meritis deputantes. Pacem verò reconciliationis obseruamus, si nihil eius bonitati vel iustitiæ deinceps faciamus contrarium.

e ¶ A Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. ] Vnum esse patrem & filium demonstrat, utique pariter operantes.

f ¶ Benedictus Deus & pater, &c.] Laudat Deum, eo quod donauerit infra scripta.

g ¶ Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali. ] Non aliquantis, sed omnibus spirituatis libus gratia benedictionibus, vt quomodo in nobis nihil deest ex illo, ita voluntati eius nihil deficit ex nobis.

h ¶ In cœlestibus. ] Non in carnali prosperitate, nec in terra abundancia.

i ¶ In Christo. ] In capite omnia membra benedixit.

k ¶ Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, &c. ] Quia nihil nouum est ei apud quem

omnia erant, ante quam fierent. Non vt quidam hæretici somniant, animas ante in celo fuisse segregatas.

l ¶ In confectu eius. ] Non hominum.

m ¶ In charitate. ] Hoc fecit, sive immaculatos diligit Deus.

n ¶ Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum. ] Hos prædestinavit, vt haberent potestatem filii Dei fieri homines, qui credere voluerint, sicut scriptum est. Loquebantur verbum cum fiducia omni volenti credere.

o ¶ Per Iesum Christum in ipsum. ] Ut membra eius simus.

p ¶ Secundum propositum voluntatis sue. ] Non secundum merita nostra.

q ¶ In laudem gloriae gratiae sue. ] Ut laudemus gloriam gratiae eius.

r ¶ In qua gratificauit nos in dilectione filio suo. ] In qua gratia gratos fecit nos sibi in Christo.

s ¶ In quo habemus redemptionem, per sanguinem eius, &c. ] Non solum redemit, sed etiam peccata remisit, sine labore nostro iustos nos fecit, secundum diuitias gloriae eius.

t ¶ Quæ superabundauit in nobis in omni prudentia, &c. ] Plus quam abundauit, vt non solum à morte redemptis gratis

peccata dimitteret, sed etiam nobis tantam sapientiam donaret, vt voluntatis eius occulta mysteria nolceremus.

u ¶ In dispensatione plenitudinis temporum. ] In nouissimis temporibus, quando iam omnis dispensatio temporum, legis & naturæ prophetatumque transacta est.

EPISTOLA AD EPHESIOS.  
CAPUT I.

Aulus Apostolus Iesu Christi,

per voluntatem Dei omnibus sanctis qui sunt Ephesi,

& fidelibus in Christo Iesu.

d ¶ Gratia vobis & pax à Deo

patre nostro & domino Iesu

Christo. ] Benedictus Deus

& pater domini nostri Iesu Christi, & qui bene-

dixit nos in omni benedictione spirituali, in

cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso

ante mundi constitutionem: vt essemus sancti

& immaculati in conspectu eius in charitate.

Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum

per Iesum Christum in ipsum secundum propositum voluntatis sue, in laudem gloriae gratiae sua: in qua gratificauit nos in dilectione filio suo, in quo habemus redemptionem, per sanguinem eius in remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiae eius: quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis sue, secundum beneficium eius quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue, vt simus in laude gloriae eius, nos qui ante sperauimus in Christo. In quo & vos cum audissetis verbum veritatis, euangelium salutis vestrae, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemtionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius. Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cessò gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus dominus nostri Iesu Christi pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae & revelationis in agnitionem eius, illumini vnum esse, quia eundem spiritu accepistis: cuius signa, arra sunt hæreditatis futura. Si ergo mortuos suscitare arra est, quanta erit ista possessio? Pignus verò promissus fidem operatur spiritu promissionis, qui non carnem promissus est.

i ¶ In redemtionem acquisitionis, &c. ] Quos redimendo suo sanguine acquisiuit: vt etiam in hoc laudemus gloriam eius.

k ¶ Propterea & ego audiens fidem vestram, que est in Christo Iesu. ]

Quam firmiter tenacis fidem Iesu.

l ¶ Et dilectionem in omnes sanctos. ] Hoc est, fidem operibus

comprobatis, & omnes bones sine exceptione personæ vel notitia diligitis. Cauere autem à pseudoprophetis, & non omni spiritui credere: & non ante probationem nobis iudicare precipitur.

m ¶ Non cessò gratias agens pro vobis, &c. ] Non vt quidam in-

cuditate conuiuij; mihi autem nihil oratione iucundius.

n ¶ Ut Deus dominus nostri Iesu Christi pater gloria, &c. ] Notandum quia fidem & charitatem habentibus, sapientia à domino predicit: nouerant enim adiutricem esse virtutum.

o ¶ In agnitionem eius. ] Quomodo optat ut agnoscat Deus, quem usque adeo nouerant, vt ei credentes, omnes propter

x ¶ Instaurare omnia in Christo, &c. ] Multisuper hac re diuersa

dixerunt. Nam quidam aiunt

cœlos, animas, terram, corpora

acciendi. Alij cœlos, Iudeos

qui celestia precepta habuerat,

terram esse gentiles affirmant. Alij

verò asserunt, non angelos per

cœlos significari, sed eorum sci-

tiatam: ex Christi enim tempore

profecisse, qui tāquā ignari in-

terrogabat: quis est iste rex glo-

rie? Et docētur dominum eum

esse virtutum. Sed quoniam in-

staurare non dicitur, nisi lapsū:

melius est si eorum gaudium in

salute hominum instauratum

esse dicamus: quod habuerant

antequā homines à iustitia pe-

nitus declinarent. In terra vero

instauratum genus hominum

per Christum nullus ignorat.

y ¶ In quo etiam, &c. ] Nos qui

ex Iudeis credimus.

z ¶ Prædestinati. ] Per fidem,

sue præcogniti.

a ¶ Secundum propositum eius. ]

Propositum omnia restaurare:

sed primò oues perditas domus

Israel.

b ¶ Qui operatur omnia, ] Om-

nium horum causa, voluntas

Dei est: quam rationabilem ef-

fe non dubium est.

c ¶ Secundum consilium voluntatis sue. ]

Non secundum merita nostra.

d ¶ Vt simus, &c. ] Ut per con-

versationem nostram, & signa

quæ facimus, detur gloria Deo.

e ¶ Nos qui ante sperauimus in

Christo. ] Nos Apostoli vel Iudei, qui priores credimus Christo: huc ex lege expectauimus.

f ¶ In quo & vos cum audissetis,

&c. ] In quo etiam vobis genti-

bus annuntiata est salus.

g ¶ In quo & credentes. ] In quo

euangeli, sue Christo.

h ¶ Signati estis spiritu promissio-

nus sancto, &c. ] Hinc cognosci-

A

Eccles.18.

ipsum diligenter sanctos? Sed hoc perit, ut perfecte agnoscant magnitudinem eius, atque virtutem, qua potest promissa premia vel paenam implere. Magnitudinem, qui cum vbiique sit, nihil eum potest omnino latere: qui enim pro certo cognoverit, nullo poterit in loco peccare nam quihumanum testimonium erubescit, multo magis diuinum poterit reuereri. Vnde filii cum sacerdotes essent, Deum nescire dicuntur: quia praesentiam & potentiam eius minimè timuerunt. Et Iohannes apostolus omnem qui peccat, Deum non cognovisse confirmat.

a ¶ Illuminatos oculos cordis vestri.] Spiritualia promissa non nisi spiritualibus oculis peruidentur.

b ¶ Ut sciat que sit spes vocationis eius, &c.] Si ciretis ad quantum spem vocationis estis, omnem spem facili contemneritis: & si diuitias haereditatis Dei videritis, omnis terrena vobis horribil haereditas. Nemo enim regnum cum opibus suis sperans, curator esse, & medio dicrem substantiam possidere dignatur.

c ¶ Et quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, &c.] Omnis magnitudo virtutum Dei in natura vel lege supereminet: quia praestit Christianis ut filio suo non parceret, ut eum caput nostrum factum, ad suam dexteram in celestibus collocaret.

B

d ¶ Et constituens ad dexteram in celestibus.] Hic dexter pro honore ponitur, ne Deus corporeus esse credatur. Nam & pater à dextris esse scribitur Christi. Dominus, inquit, à dextris tuis confregit in die ira sua reges. Ambo ergo à dextris sunt: quia nihil est in diuinitate similem.

e ¶ Super omnem principatum, &c.] Quia unum est iam cum Deo assumptus homo qui suscitatus est.

f ¶ Et omne nomen quod nominatur, &c.] Si quod est aliud.

g ¶ Et omnia subiecti, &c. super omnem ecclesiam, &c.] Ecclesia omnium plenitudo membrorum est.

h ¶ Qui omnia in omnibus adimpletur.] Quando omnes credent, tunc erit corpus eius effectus in omnibus membris. Totus enim in membris, non in singulis impletur, ut nulla sit diuersitas meritorum.

## C A P V T II.

E

T vos conuiuificauit cum effectoris mortui delictis & peccatis.] Incipit collata beneficia replicare, ut iuxta officium mandatorum ex contemplatione donata indulgentiae, audiens consententur. Mortui enim erant peccatis facientibus, sicut Adam & Eva in delictis viuentibus.

k ¶ In quibus aliquando ambulastis.] Notandum quod in peccatis ambulaste illos, non ambulare dixerit.

l ¶ Secundum seculum mundi huius.] Saeculi hominibus similes, sequentes diaboli voluntatem.

m ¶ Secundum principem potestatis aeris huius spiritus.] Secundum principem illius potestatis, qui huius aeris facultatibus suis ad decipiendos diuersus peccatis homines, diues erat potestate.

n ¶ Qui nunc operatur, &c.] Operatur suasione horum in eos qui non credunt. Illi autem qui desperant atque diffidunt de promissione Dei, dicuntur filii diffidentes, sicut filij ira, & gehenna, & mortis. In quibus & nos omnes aliquando coheremus. Non solum vos gentes non credendo, sed & nos

Iudei peccando.

o ¶ In desideriis carnis nostra, &c.] Quando nesciis rebus terrenis & carnalibus inherebat: non solum desiderabant, sed & faciebant quaecumque mala cogitatio suggestisset.

p ¶ Et eramus natura filii ira, &c.] Ita nos fraternalis traditionis consuetudo possederat, ut omnes ad damnationem nasci videremur.

q ¶ Deus autem qui dices est, &c.] Misericordia hominibus: quia omnia diligis quae creasti: nec enim odians aliquid constituit.

r ¶ Propter nimiam charitatem, &c.] Nimia charitas est, rebellies feruos quia filios diligere. Vnde considerandum est quatum diligit sanctos & perfectos, qui tantum dignatus est diligere peccatores.

s ¶ Et cum effectoris mortui peccati, &c.] Sine peccato, sicut Christus per baptismum faciendo.

t ¶ Cum gratia eius saluati.] Propter vitum, sive qui pro vobis gratis nullo vestro iustitia merito intercedente mortuus est, cum ipse reus non esset.

v ¶ Et conresuscitauit, &c.] Non possumus deferre quod nostra iam possidet natura: quia vbi caput est, ibi erit & corpus, sicut ipse ait. Volo vbi ego sum, & ipsi sint mecum.

x ¶ Ut offenderetur, &c.] Ante praedestinavit, quod erat his temporibus completerus.

y ¶ Abundantes diuitias gratia sua.] Verè abundans est gratia, quae non solum peccata donauit, sed etiam cum Christo resuscitans in dextera Dei in celestibus collocavit.

z ¶ In bonitate, &c.] Exemplum vel corpte Christi.

a ¶ Gratia enim, &c.] Non meritis prioris vite, sed sola fide: sed tamen non sine fine.

b Nunc

b ¶ Dei enim donum est, non ex operibus, ut ne quis glorietur.] Qualis meritis aliquid in baptismum accepit.

c ¶ Ipsius enim unus factura creatus, &c.] Quia nuper unus in Christo renatus, ut quae in euangelio sunt defensae.

d ¶ Propter quod memores estote, &c.] Commemorat illa, ne de tanta ignobilitate qua ad summam regni perducti sunt dignitatem, sicut in gratiis largitorum.

e ¶ Qui dicebamini preceptum ab ea qua dicitur circuncisio.] Gentes, preceptum: Iudei, circuncisio dicebantur.

f ¶ In carne manu facta.] In manu humana: in carne, non in spiritu Dei, aut corde.

g ¶ Qui eratis illo in tempore sine Christo.] Nescientes Christum, idola infensibilia colebant.

h ¶ Alienati à sonneratione Israel.] Qui tunc erat populus Dei.

i ¶ Et hospites testamentorum.] Etiam si credideritis, proselyti, hoc est, aduenae habebamini.

k ¶ Promissionis spem non habentes.] Quam Deus promisit Abraham, illi soli sperare videbantur.

l ¶ Et sine Deo in hoc mundo.] Multos enim falsos deos sequentes, vnum amiserant verbum.

a ¶ Nun

D

loan.17.c.

- E** a ¶ Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, &c.] euangelium Christi. Ostendit quanta sit spes, pro quo raliam Ita ut Iudeos se quereremini qui cum Deo erant. pati libenter amplectitur, cum posset apud Iudeos, ut legis b ¶ In sanguine Christi.] Credendo vos esse sanguine eius & doctor & magnus diuitijs abundare, & summo honore gaudere. passione liberatos.
- c ¶ Ipse est enim pax nostra, &c.] Ipse est reconciliatio vtriusq; populi ad inimicem ad Deum.
- d ¶ Et medium parietem maceris.] Medius paries, & lepis & maceris, onera legis erant, duos populos diuidentes, & ideo ipse paries inimicitia nominatur.
- e ¶ Soluens inimicitias in carne sua.] Circumcisio & cæterorum: quæ non tam Dei voluntas, quam aut temporis ratio, aut populi duritia exegertur.
- f ¶ Legem mandatorum decretis euacuans.] Per solam fidem iustificans moralia sola decernens.
- g ¶ Ut duos condat in semetipso.] Iudeum & gentem in suo corpore æquiter coniungens.
- h ¶ In vno novo homine, &c.] In vnum populum Christianum ex duabus effectum.
- i ¶ Reconciliat ambos, &c.] Quia ambo per peccatum fuerant inimici.
- k ¶ Per crucem interficiens inimicities, &c.] Per solam fidem crucis, que nullum deterret, non enim grauis difficultas est, quam habere etiam latro potuit crucifixus.
- l ¶ Et veniens euangelizauit pacem, &c.] Ad hoc venit, ut disidens humanum genus in semetipso & in Deo, ad reconciliationis gratiam reuocaret.
- m ¶ Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem.] Nemo venit ad patrem nisi per me. In uno spiritu, vnum corpus, vnum spiritum habet, & signum pacis.
- n ¶ Ergo iam non esis hospites, &c.] Iam non extranei & proselyti: nec enim separauit nos Deus à populo suo, sicut dixit Esaias: sed ciues, qui sunt eiusdem originis vel hospitij, & habitationis.
- o ¶ Superadiscit super fundamen- tum apostolorum & prophetarum, &c.] Prophetarum noui testamenti, in quibus Agabus fuit, Christus est etiam fundamentum, qui etiam lapis dicitur angularis, duos coniungens & continens parietes. Ideo autem fundamentum & summus est: quia in ipso fundatur & consummatur ecclesia.
- p ¶ Crescit in templum sanctum in domino.] In templo sancto non posunt lapides nisi sancti ponendi, ad comparisonem templi Hierusalem dixit extrui corpus Christi, id est, ecclesiam, & multo maiorem mundanitatem & sanctitatem haber veritas, quam imago.
- q ¶ In quo & vos coedificamini, &c.] Ut cum apostolis & prophetis, sitis habitaculum Dei spirituale, non manu factum.

## C A P V T III.

**H** Vius rei gratia, ego Paulus vincitus Christi Iesu pro vobis gentibus, si tamē audistis dispensationem gratiae Dei, quæ data est mihi in vobis: \* quoniam secundum reuelationem <sup>y</sup> notum factum mihi est sacramentum, sicut supra scripti <sup>x</sup> in breui, prout potestis legentes intelligere prudenter mea <sup>a</sup> in ministerio Christi, <sup>b</sup> quod alij generationib. non est agnitus filii hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis <sup>c</sup> in spiritu esse gentes cohæredes <sup>d</sup> & cōcorporales, & cōparticipes promissionis in Christo Iesu <sup>e</sup> per euangelium, cuius factus sum ego minister <sup>f</sup> secundum donum gratie, que data est mihi <sup>g</sup> secundum operationem virtutis eius. <sup>h</sup> Minime. omnium sanctorum minimo data est gratia hæc <sup>i</sup> in gentibus euangelizare in inuestigabiles diuitias Christi, <sup>k</sup> & illuminare omnes, quæ sic dispensatio sacramenti <sup>l</sup> absconditi à saeculis in Deo <sup>m</sup> qui oīa creauit, <sup>n</sup> ut innoteſcat principatibus & potestatibus in celestib. per ecclesiā multiformis sapientia Dei <sup>o</sup> secundum p̄finitionē seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro:

\* in quo

mauit: sive cuius virtutes meum confirmat euangelium.

h ¶ Mibi enim omnium, &amp;c.] Minimo tempore non labore.

Notandum quod inter sanctos se humiliando fecerit gratiū.

i ¶ In gentibus euangelizare in inuestigabiles diuitias Christi.] Annuntiare futuras hereditates, diuitias promissas: quas sensus humanus apprehendere non valet, nisi per reuelationem.

k ¶ Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti.] Iudeis &amp; gentibus huius sacramenti pandere rationem.

l ¶ Absconditi à saeculis in Deo.] Hoc est, quod in primis temporibus, soli Deo confirmatum erat.

m ¶ Qui omnia creauit.] Et Iudeos &amp; gentes, sive omnem creaturam, ut sensus contra Marcionem proficiat, &amp; omnes hereticos.

n ¶ Ut innoteſcat principatibus, &amp;c.] Ut per me his qui rebus celestibus per omnem ecclesiam principiantur multiformis sapientia innoteſcat.

o ¶ Secundum p̄finitionem seculorum, &amp;c.] Quam p̄ficiunt &amp; hoc tempore, quando iam homines aliter saluari non poterunt, nisi Christi fide saluentur.

Hieron. tom. 8.

Q 2

a ¶ In quo

Matt. 24, 4

a ¶ Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, &c.] euangelium Christi. Ostendit quanta sit spes, pro quo raliam pati libenter amplectitur, cum posset apud Iudeos, ut legis

doctor & magnus diuitijs abundare, & summo honore gaudere.

t ¶ Pro vobis gentibus.] Secundum euangelium, inimici pro-

pter vos: quia vos similes esse dicimus Iudeorum.

u ¶ Si tamen audiūs dispensationem gratia Dei, &amp;c.] Sitamen firmiter retinetis me in vobis dispensationem accepisse doctrinæ.

Quis enim fidelis seruus &amp; prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis escam in tempore.

x ¶ Quoniam secundum reuelationem.] Non secundum humana doctrinam.

y ¶ Notum factum mihi est sacramentum, sicut supra scripti.] Iudeos &amp; gentes vnum esse in Christo.

z ¶ In breui, prout potestis, &amp;c.] Non quantum poteram ego scribere, sed quantum vos allequi valebatis.

a ¶ In ministerio Christi.] Non eloquio sæculari.

b ¶ Quid alij generationibus non est agnitus, &amp;c.] Sciebant quidem prophetæ priores gentes esse vocandas, non tamen sciebant nullam inter ipsos &amp; Iudeos discretionem futuram.

c ¶ In spiritu esse gentes cohæredes.] Per spiritum unius reuelatur, sive in spiritu illos sociatos esse non carnis circumscriptio.

d ¶ Et concorportales &amp; comparticipes promissionis in Christo Iesu.] Id est, unus corporis, non solū cohæredes, quod posuit diuersi generis esse, nec solū concorportales: quia possunt eiusdem generis filii, non eiusdem in hereditate esse substantiae.

e ¶ Per euangelium, cuius factus sum ego minister.] Per meam predicationem omnibus innoteſcat: quia hoc mihi peculiari ter reuelatum.

f ¶ Secundum donum gratiae Dei, &amp;c.] Non secundum meritum meum.

g ¶ Secundum operationem virtutis eius.] Cuius virtus me confirmavit: sive cuius virtutes meum confirmat euangelium.

h ¶ Mibi enim omnium, &amp;c.] Minimo tempore non labore.

Notandum quod inter sanctos se humiliando fecerit gratiū.

i ¶ In gentibus euangelizare in inuestigabiles diuitias Christi.] Annuntiare futuras hereditates, diuitias promissas: quas sensus humanus apprehendere non valet, nisi per reuelationem.

k ¶ Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti.] Iudeis &amp; gentibus huius sacramenti pandere rationem.

l ¶ Absconditi à saeculis in Deo.] Hoc est, quod in primis temporibus, soli Deo confirmatum erat.

m ¶ Qui omnia creauit.] Et Iudeos &amp; gentes, sive omnem creaturam, ut sensus contra Marcionem proficiat, &amp; omnes hereticos.

n ¶ Ut innoteſcat principatibus, &amp;c.] Ut per me his qui rebus celestibus per omnem ecclesiam principiantur multiformis sapientia innoteſcat.

o ¶ Secundum p̄finitionem seculorum, &amp;c.] Quam p̄ficiunt &amp; hoc tempore, quando iam homines aliter saluari non poterunt, nisi Christi fide saluentur.

A

a ¶ In quo habentus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. ] Non per nostram iustitiam, sed pereum cuius fides peccata dimisit.

b ¶ Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, &c.] Ne me audientes impunè lèdi: ad Deum non pertine-

re putetis, in quo magis gloriari debetis: intelligentes me tanta absque certa spē fiducia sustinere non posse.

c ¶ Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, &c.] Ex quo omnis paternitas nomen accepit. Sive ex quo omnis res, pater nominatur.

d ¶ Vt det vobis secundum diuitias gloriae sive, &c.] Vt vos per illuminationem scientiae & diuitiarum fructum confirmet.

e ¶ In interiori homine habitare Christum, &c.] Vbi interior homo per fidem robustus est, ibi habitat Christus, non vbi exterior faginatur.

f ¶ In charitate radicati & fundati.] Vt in eius amore firmiter starent, beneficiorum eius recordatur, vt eum cognitis eius

beneficijs diligenter.

g ¶ Vt possitis comprehendere.] Vt ex omni parte, magnitudinem scientiae adipisci valeatis.

h ¶ Cum omnibus sanctis.] Quere sapientiam apud malos, & non inuenies. Et alibi. In corde autem boni requiescit sapientia.

i ¶ Quae sit latitudo & longitudine, &c.] Quidam dicunt quid latitudo ipsios via intelligatur, longitudine vita eterna, altitudo celum, profundum infernum, vt felicitas horum omnium notitiam habetis, nouerint quid diligent vel quid refutent.

k ¶ Scire etiam supereminente, &c.] Supereminens fructus.

l ¶ Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.] Vt efficiamini pleni omnibus virtutibus.

m ¶ Ei autem qui potens est omnia facere, &c.] Frequenter maiorā tribuit, non solum quam permisit, sed etiam quam petere intelligimus, qua operatur in nobis.

n ¶ Ipse gloria in ecclesia & in Christo Iesu.] Quia veniens Christus libinet ad Dei gloriam ecclesiam congregauit.

o ¶ In omnes generationes saeculi saeculorum.] Immensa beneficia immensis laudibus celebranda, non solum de his qua Christi temporibus contulit, sed etiam qua ante fecit, faciet.

## C A P T I V

O bsecro itaq; vos ego vincetus in domino, vt dignè ambuletis vocatiōne qua vocati estis,

¶ cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia & supportantes inuicem in charitate:

¶ soliciti seruare unitatem spiritū in vinculo pacis.

¶ Vnū corpus & vnu spiritus: sicut vocati estis

in vna spē vocationis vestre. Vnus dominus, vna fides, vnu baptisma. ¶ Vnus Deus & pater omnium,

qui super oēs, & per omnia & in omnibus nobis.

¶ Vnicuiq; autē nostrū data est gratia & secundum mensurā donationis Christi. ¶ Propter

¶ dicit: Ascendit in altum, captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. ¶ Quod autem ascēdit, quid est, nisi quia & descendit primū in inferiores partes terra: ¶ Qui descendit, ipse est, & qui ascēdit super omnes cœlos, ¶ vt adimpleret omnia. ¶ Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, ¶ alios verò euangelistas, ¶ alios autem pastores & doctores, ¶ ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi, ¶ donec occurramus omnes in unitate fidei.

t ¶ Vnum corpus & vnu spiritus: sicut vocati estis in vna spē vocationis vestre, &c.] Vnum conuersum debet habere in uno corpore omnium compago membrorum, quæ ad vnam spē sunt vocata salutis. Vnde diligentius legere debent hunc locum hi qui in saeculi occupationibus ligati, putant sibi licere

peccare, & alijs non licere: cum omnes in vnum corpus baptizati, eundem spiritum acceperint, & in vna spē vocati sunt Dei. Sive sic: si vnu spiritum habetis, & ex vno patre Deo natu- rati estis, nolite vobis de terrena nobilitate aliquid arrogare, ne vestram gloriam amittatis.

u ¶ Vnus Deus & pater omnium.] Etiam eorum qui ex gentibus crediderunt.

x ¶ Quis super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.] Super omnes virtutes, vt potens: per omnia opera tua, qui immensus omnibus Christianis, secundum quam habitan dignatur.

y ¶ Vnicuiq; autē nostrū data est gratia.] Non multa sunt corpora per varietatem gratiarum, sed membra diueria.

z ¶ Secundum mensuram.] Non tam nostra capacitas, quam illius largientis.

a ¶ Donationis Christi.] Ad quā gratiam qui se aptauerit, ipsam consequitur: virtuta, qui studiosus legis est, lapidat multam, oranti & ieiunanti conceditur spiritus potestas.

b ¶ Propter quod dicit: Ascendit in altum captiuā duxit captiuā tem, &c.] Quos diabolus captiuos tenebat ad mortē, Christus captiuauit ad vitam, ad caput nostrum in cœlestibus collocandum.

c ¶ Quod autem ascēdit, &c.] Exponit cur dicitur ascēdile, quem nūquam esse nō dubia est: secundum formam scilicet serui: ad quam non localiter, sed dignanter descendat.

d ¶ In inferiores partes terra.] Infernum sub terra esse nō ambigat.

e ¶ Qui descendit ipse est, &c.] Qui descendit cum anima in infernum, ipse cum anima & corpore ascendit in corūm.

f ¶ Vt adimpleret omnia.] Gloriam triumphantes, sive quæ scripta sunt, sive dum iam humanitas cum diuinitate vnum effutum est.

g ¶ Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas.] Contra Arianos, vt filij & patris vna sit operatio. Nam ad Corinthios Deum patrem dicit in ecclesia ordinasse: hic verò Christum hoc dixisse commemorat.

h ¶ Alios verò euangelistas.] Omnis apostolus euangelista, non omnis euangelista apostolus: sicut Philippus qui vnu erat ex septem.

i ¶ Alios autem pastores & doctores.] Pastores verò omnes qui sunt idonei ad alios instruendos. Omnis ergo pastor doctor: non omnis qui doctor est & pastor.

k ¶ Ad consummationem sanctorum, &c.] Vt perficiantur sancti, huc eorum numerus implatur, omnes sunt constituti ad aedificationem ecclesiam qua corpus Christi est, vt omnes ad perfectionem fidei perducant.

l ¶ Donec occurramus omnes in unitatem fidei.] Hoc vorum etiam fallit doctribus inest, id est, volo omnes esse sicut me.

a ¶ Et

PROM. 74. a

B

AG. 4. f.

O bsecro itaq; vos ego vincetus in domino, &c.] Ego vos rogo, qui vestri caula sum vincetus, vt vos Dei filium agnolētes, dignè tanto honore conuersemī: quia vna dignitas est qua agnoscuntur propria instituta.

¶ Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia.] Et mentis & corporis. Humilitas vera nihil sibi vendicat, mansuetus nulli nocet, patiens nulli vicem reddit iniuria.

r ¶ Supportantes inuicem in charitate.] Sufferunt & philophi, sed non in charitate. Nos verò non vt laudari, sed vt ille quem sustinemus proficiat, diligentes sustinere debemus.

f ¶ Solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis.] Per vinculum pacis in vobis vntis spiritus continetur. Multitudinis enim credentium erat cor vnum & anima vna.

E a ¶ Et agnitionis filij Dei.] Ille agnouit gratia filij Dei qui non peccat: quia omnis qui peccat, non videt eum, nec cognovit eum.  
b ¶ In virum perfectum, &c.] Qui enim dicit se in Christo manere, debet quo modo ille ambulauit, ambulare, & non auctorum eius aetatem, sed plenitudinem imitari.

c ¶ Ut iam non, &c.] Ut non simus ignorantes nec dubij ac vacillantes, & more imperiti gubernatoris, oes doctrinae vento nostrae fidei velut appendentes, ne faciliter naufragemus, aut ad portum perfectionis nunquam peruenire possumus.

d ¶ In inequitate hominum, &c.] Nequitia hominum, astutus disputationibus a recto fidei cursu detorquet incautos.

e ¶ Ad circumuentionem erroris.] Siue cum multi quoddam erroris sui remedium putent: si multos secum traxerint ad errorem, siue errantibus remedium, sine labore promittentes, permane faciunt in errore.

f ¶ Veritatem autem facientes in charitate.] Omnia in veritate propter charitatem Christi, & nihil in hypocriti facientes.

g ¶ Crescamus in illo per omnia.] In illius perfectione ex omni parte crescamus.

h ¶ Qui est caput Christus, &c.] Ex capite connexum corpus, per omnem subiunctionem operationis crescit, dum le alterutrum membra adficiant diligendo: ita ut unumquidque membrorum in sua mensura augetur, hoc est, ut qui est per sapientiam oculus, in eorum numerum crescat, qui oculi officium gerunt sunt, & singula quaque membra proficiant.

i ¶ In mensuram vniuersusque, &c.] Dum singula membra crecent, maius efficitur corpus.

k ¶ Hoc igitur, &c.] Quos superius obsecraverat, hic in domino obsecratione constringit.

l ¶ Ut iam non ambuletis, &c.] Nolo, ait, solo vos nomine esse Christianos, & Deum ore confitentes operibus denegare, sed quantum inter diabolum distat & Deum, tanta differentia debent filii Dei a filiis diaboli in operibus discrepare. Ne Deum labijs honorantes, cordis timore longius afflantur, & dicatur de nobis, Sine causa colunt me, hoc est: ex mea cultura nullos accipient fructus.

m ¶ In vanitate sensus sui.] Vani sunt enim omnes homines quibus non est sapientia Dei.

n ¶ Tenebris obscuratum habentes intellectum.] Sed ignorantia & mundanarum rerum sollicitudine a caligine ac tenebris obscuratum.

o ¶ Alienati a vita Dei.] Illi ideo a vita alienati sunt Dei, quia ignorant, vos autem quia cognovitis Deum sequi debetis.

p ¶ Per ignorantiam quae est in illis.] Notandum quia contemptus ignorantiam generavit.

q ¶ Propter excitatem, &c.] Dicentium, non est Deus.

r ¶ Qui desperantes, &c.] Desperantes penam impiorum & præmium iustorum, neceste est ut presentibus voluptatibus adhaerant, qui futura desperant. Venite & fruamur bonis qualibus, & cetera.

s ¶ In operatione immundicie, &c.] Omnia crimina, immundicia & auaritia nomine comprehendit.

t ¶ Vos autem non ita didicisti Christum, &c.] Et sicut ille, non gentili ritu viuatis. Ille enim vere Christum audiuit, & ab ipso didicit, qui nullo similis vitio gentibus inuenitur.

u ¶ Sicut est veritas in Iesu.] Sicut ille vere mortuus est & surrexit, ut nos verè in nouitate ambulemus.

x ¶ Deponite, &c.] Exposit quid sit vetus homo, & quo modo deponatur, scilicet ut pristinos errores abjectat huius mundi, & non membris corporis, sed mente & conversatione mutetur.

a & ¶ Et agnitionis filij Dei.] b ¶ in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: c ¶ ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in inequitate hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. d ¶ Veritatem autem facientes in charitate, & crescamus in illo per omnia, h qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministracionis, secundum operationem in mensuram vniuersusque membrorum augmentum corporis facit, in ædificationem sui in Charitate. k Hoc igitur dico & testificor in domino: l ut iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui, n tenebris obscuratum habentes intellectum: o alienati a vita Dei p per ignorantiam, quæ est in illis q propter cœcitatatem cordis ipsorum, r qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiam in operatione immundicie omnis in auaritiâ. s Vos autem non ita didicisti Christum: si tamen illi audistis, & in ipso edociti estis: t sicut est veritas in Iesu. u Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem: v qui corrumpitur secundum desideria erroris. z Renouamini autem spiritu mentis vestrae, a & induite nouum hominem, b qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. c Propter quod deponentes mendacium d loquimini veritatem vniuersique cum proximo suo: quoniam sumus iniuciem membra. e Irafcimini, & nolite peccare. f Sol non occidat super iracundia vestram. g Nolite locum dare diabolo. h Qui furabatur, iā non furetur: magis autem labore operando manus suis, quod bonum est: ut habeat ynde tribuat necessitatem patienti. k Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: l sed si quis bonus est ad ædificationem fidei: m ut det gratiam audientibus. n Et nolite contristare spiritum sanctum Dei:

y ¶ Qui corrumpitur secundum desideria erroris.] Faciens voluntatem carnalium cogitationum.

z ¶ Renouamini autem spiritu mentis vestrae.] Eze. 18. 8. Siec Hieremias air. Facite robis cor nouum & spiritum novum.

a ¶ Et induite nouum hominem.] Ex veteri intellige nouum. b ¶ Qui secundum Deum creatus est, &c.] Exposit quid sit hominem ad imaginem Dei creatum, ut scilicet iustus & sanctus & verax sicut Deus, ut sanctitate veritatis non vanitatis sit praeditus, hoc est, quia vanam hominum gloriam aucepatur, cu scriptum sit. Iustus quod iustum est persequeris.

c ¶ Propter quod deponentes mendacium.] Hic describitur ipsa species castitatis, quibus nouus homo cognoscitur.

d ¶ Loquimini veritatem, &c.] Nemo suum circumueniat fratrem: quia vnum corpus sumus, & non possunt alterutrum membrum fallere: nec enim manus illudit oculo, aut dentes lacerant membra, nisi forte ubi spiritus immundus inhabitat.

e ¶ Irafcimini, &c.] Ira non incibet mentem, sed veritas dispenset, nec tua iniuria, sed fratris animaduertere peccatum.

f ¶ Sol non occidat, &c.] Ne scientiae lumen in tua indignatione deficit.

g ¶ Nolite locum dare diabolo.] Irafcendo vel quolibet alio delicto. Porta enim diaboli est peccatum, sicut homo iustus spiritus sancti porta est.

h ¶ Qui furabatur, &c.] Alienos labores aliquando direptos

i in quo nunc suo labore compenpi, & operando tribuat indigentibus, qui multos furando fecerint egentes.

j ¶ Operando manibus quod bonum est, &c.] Non quod malum: sunt enim multæ vel in honestæ, vel malevolentæ, vel maleficæ & omnia qua non ad naturæ necessitatem, sed ad concupiscentiarum proficiunt voluptatem.

k ¶ Omnis sermo malus, &c.] Non unus, nec duo, sed omnes mali sermones, in hoc Christiani debent esse crucifixi.

l ¶ Sed si quis, &c.] Non silentium imposuit, sed qualitatem loquendi monstrauit, ut omnis sermo fidem ædificet Christianam, & os nostrum solum appetat verbum Dei. Simul notandum, quia hoc vniuersae ecclesie præcipitur.

m ¶ Ut det gratiam audientibus.] Hoc est quod alibi dicit. Sermo repletus in gratia sit sive conditus, & in sermone nostro gratiam accipiunt audientes.

n ¶ Et nolite contristare spiritum sanctum Dei.] Hominibus loquens, comparationem inducit humanam, ut ex nobis intelligamus quantum spiritui sancto iniuriam facimus, cum donum eius in nobis aliqua peccati forde polluimus. Et quia de hospitio suo nobis cōdolent, ideo sibi dolens tristis abscedit. Ceterum tristitia & ira & cetera huiusmodi in nobis passiones sunt: quia passibiles sumus. In Deo vero dispensationes: nos illa iniuti patimur, ille voluntate ad nostram emendationem assumit. Er hac est quæ assumit Deum & hominem, harum conditionum diuersitas & natura.

Cof. 4.

A

a. ¶ In quo signati estis in die redemptionis.] Signaculum sancti spiritus in die baptismi accepistis, nouum signaculum habere copiatis.

b. ¶ Omnis amaritudo.] In qua contrastatur spiritus sanctus. Recet autem posuit amaritudinem: quia ipsa est prouocatio.

c. ¶ Et ira.] Omnem auferit iram.

d. ¶ Et indignatio.] Indignatio ex superbia est, cum aliquem iudicamus indignum, ideo eum nolumus sustinere.

e. ¶ Et clamor.] Qui ex furore descendit, quem non habeant Christiani. Ceterū Esaias bene claram iubet. Sed & ipse Iesus clamabat in templo. Qui sicut, veniat & bibat.

f. ¶ Et blasphemia tollatur à vobis cum omnimalitia.] Quae vel ini-mico potest vice reddere.

g. ¶ Et stote autem inuicem benigni.] Seruat ordinem legis, ut non solum malitia tollatur, sed etiam benignitas inseratur.

h. ¶ Misericordes.] Id est, con-dolentes.

i. ¶ Donantes inuicem, &c.] Re-mittentes peccata, ne vobis dicatur. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, oportuit & te dimittere conseruo tuo.

## C A P V T . V .

E. Stote ergo imitatores Dei, &c.] Imitatione enim non natura filii Dei sumus, sicut ait Saluator. Ut sit filii patris mei qui in calice sunt, &c.

B

l. ¶ Er ambulate in dilectione fiscus & Christus dilexit nos.] Vnde & Ioannes Apostolus ait. In hoc cognovimus charitatem: quia ille animam suam pro nobis posuit. De-benus ergo & nos pro fratribus ani-mas ponere.

m. ¶ Et tradidit semetipsum.] Voluntarii ipse se tradidit, non ab alio inuitus traditus est.

n. ¶ Pro nobis.] Pro peccatori-bus, ut fierent iusti.

o. ¶ Oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.] Staufissi-mus Deo odor est charitas.

p. ¶ Fornicatio autem, &c.] O-mnia crimina breueri comprehendit, duorum criminum designando radices.

q. ¶ Nec nominetur in vobis sicut decet sanctos.] Considerandum scilicet non licere fieri quod non licet nominare.

r. ¶ Aut turpitudine, aut stultiloquium.] Hoc etiam in filiis homi-num reprehendit honestorum.

s. ¶ Aut securitas qua ad rem non pertinet.] Risum mouens qui grauitati non conuenit Christianæ: qui ad rem non pertinet celestem & diuinam.

t. ¶ Sed magis gratiarum actio.] Hoc magis semper tractare debet, que modo Deo & auctu & cogitatione placetis.

u. ¶ Hoc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator, &c.] Contra illos agit qui solam fidem dicunt sufficiere: quia hu-iusmodi actus non Deo, sed dæmoni exhibentur. Hereditas autem regni cælorum Dei filijs, non diaboli preparatur.

x. ¶ Nemo vos educat.] Dicendo hoc, solummodo opus est vt fides sit, & homo Christi baptisma consequatur, quamvis peccet, perire non potest.

y. ¶ Inanibus verbis.] Que hominem liberare non possunt.

z. ¶ Propter haec venit ira Dei.] Ex præteritis futura cognof-

cite, si Sodomitis non pepercit, & his qui in diluio perie-rent, parcer vobis?

a. ¶ In filios diffidentie.] Qui non crediderunt iram commi-nantis se superuenturam.

b. ¶ Nolite ergo effici participes eorum.] Si in peccatis iudicio de-sperantium participes fueritis, eritis & in pœna confortes.

c. ¶ Eratis enim aliquando ten-bre, &c.] Quando nesciebatis domini voluntatem. Nunq; ve-ro omnia cognouisti. Quantu ergo inter lucem diffat & tene-bras, tantum à præstina conuer-satione discrepare debetis.

d. ¶ Fructus enim lucis in omni bonitate & iustitia & veritate.] Talem habet scientia fructum.

e. ¶ Probantes quid sit beneplacitum Deo.] Ex lege probate quid beneplaceat Deo, non quod homines afferant.

f. ¶ Et nolite communicare operibus in fructuosis tenebrarum.] Non prodest quicquid fixe scientia veritatis: quia nec lux po-test communicare cum tenebris.

g. ¶ Magis autem redarguite.] Non solum communicare no-lite, sed etiam redarguite.

h. ¶ Que in occulto sunt ab ipsis.] In secretis locis domorum & vel templi.

i. ¶ Turpe est, &c.] Nobis di-cere turpe est, quælibet vel in te-nebris facere non erubescunt.

k. ¶ Omnia enim quæ arguin-tur, &c.] Sieut ad Corinthios ait:

Occulta etiam cordis eius manifla-sunt. Et tunc cadens in faciem adorabis Deum pronuntians, quod Deus verè est in nobis.

l. ¶ Omne enim quæ manifes-tatur, &c.] Incipit lumen esse & cù crediderit, & vobis adiun-gitur.

m. ¶ Propter quod dicit, &c.] Voce aliquis sapientis con-scientiam increduli pulsare cu-pientis, de somno ignorantiæ excitat.

n. ¶ Et exurge à mortuis.] A pec-catis vel idolis.

o. ¶ Et illuminabit te Christus.] Cum ei credideris, efficeris & ipse lux.

p. ¶ Videte itaq; &c.] Quasi filii sapientiae & lucis, ne aliquid offendiculum detis, & incipiatis ei causa perditionis exifere.

q. ¶ Redimentest tempus.] Vesta sapientia vel cautela.

r. ¶ Quoniam dies mali sunt.] Non dies mali sunt per se, sed per homines: sicut locus malus dicitur, in quo aliquid com-mittitur mali.

s. ¶ Propter haec fieri imprudentes, &c.] Scrutamini legem, in qua eius voluntas agnoscitur.

t. ¶ Nolite inebriari vino, &c.] Exponit continentia utilita-tem. Quia luxuria materiam expetere non conuenit cruci-fixis, sed spiritu sancto repleri.

u. ¶ Loquentes vobis metipsi, &c.] Non in actibus facili: sicut ait propheta: Ut non loquatur os meum opera hominum.

x. ¶ Cantantes, &c.] Ne ore tantum verba Dei resonemus.

y. ¶ Domino gratias agentes pro omnibus, &c.] Siue bonis sive malis, sicut ait Iob: Sit nomen domini benedictum.

z. ¶ Deo & patri, &c.] Non humano timore, vel auctoritate stu-dio: sicut quidam suis patronis adulari coniuerterunt.

a. ¶ Mulie-

C

D

Cor. 14.1

Psal. 10. b.

Iob. 4.

Act. 4.f.

Gen. 18.b.

Heb. 10. d

F

**E** a ¶ *Mulieres viris suis subditae sint.*] Non eos sicut Corinthios lacte alebat, sed perfecto cibo continentie nutriebat. Timet enim ne cessante in plerisque carnis officio, aut mulieribus subiectio, aut in viris cessaret charitatis affectus: & ne tanquam diuertium docuisse crederetur. Ceterum tale est, ut nouæ vite prædictor nulla existente cauſa hoc doceret quod naturaliter possidebant.

b ¶ *Sicut domino.*] Quo modo Sara subdita erat Abraham, do-

minum cum vocans.

c ¶ *Quoniam vir caput est mulie-*

*ris, sicut Christus caput est ecclesie,*

*&c.*] Reddit iustum cauſam subiectioſis: quia & prior est vir, & virtusque corporis debet esse ſaluator.

d ¶ *Viri diligite vxores vestras,*

*sicut & Christus dilexit ecclesiam,*

*&c.*] Tam sancta & tam vene-

tabili charitate.

e ¶ *Et seipsum tradidit pro ea.*] Ita & vos pro sanctitate vxori, nec mori si necesse fuerit, recu-

ſetiſ.

f ¶ *Et illam sanctificaret, mun-*

*dam luarco, &c.*] Aqua lauit

corpus, animam doctrinam mu-

dauit: ſicut ait ad Hebreos: A-

ſperfi corda à conſientia mala, &

abſtiri corpus aqua munda: ita &

vos corpora vxorum conſen-

tia animas mundate doctrina-

riſ.

g ¶ *Vt exhiberet ipſe ſibi gloriosam*

*eccleſiam, &c.*] Ita tibi Christus

mundauit eccleſiam, vt anti-

qua criminā ablueret, & nouas

maculas quo modo incurritus,

& verbo ostenderet & ex-

emplo.

h ¶ *Vt sit sancta & immacula-*

*ta.*] Si omnibus immaculata

est, maculati ab ea alieni eſſe

cenſentur, niſi rurſum per pa-

nitentiam fuerint expurgati.

i ¶ *Ita viri debent diligere vxores*

*ſuas & corpora ſuas.*] Item quales

vxores cupiunt inuenire, tales

exhibeant ſe vxoribus.

k ¶ *Quia ſuam vxorem diligit, ſe-*

*ipſum diligit.*] Quia duo lunt in

carne vna.

l ¶ *Nemo enim vnuquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit &*

*fouet eam.*] Non vt ei labores & dolores infligat, ſed vt ſecu-

ram faciat & quietam. Non nuptias damnat, ſed ad conti-

nentiam cohortatur.

m ¶ *Sicut & Christus eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius.*] Membra eius eum debent in omnibus imitari.

n ¶ *De carne eius & de oſſibus eius.* Propter hoc relinquit homo pa-

tem & matrem ſuam.

o ¶ *Et albarebit uxori ſue.* & erunt duo in carne vna.] Obiectio

ex persona carnalium voluntium ſe amare carnaliter, vt qui-

buldam videtur.

p ¶ *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Christo & in*

*eccleſia.*] Ego hoc, inquit, in Christo intelligentem dico, &

in eccleſia: vnde vos maiore affectu debetis vxores vestras

sanctas diligere spirituales, qui ante dilexit ſe peccatrices, &

in gentilitate carnales.

q ¶ *Veruntamen & vos singuli vnuquisque, &c.*] Subiecta ſittan-

quam infirmior vt regnetur.

**C A P V T VI.**

a ¶ *Hoc enim iuſtum eſt.*] Ut iuſuam inuicem dilectionem exhibeat.

b ¶ *Honora patrem tuum & matrem tuam.*] Iubet honorare parentes, ſed bonos. Ceterum contra Deum viuentes, ipſe etiam Moyses prohibuit agnoscere.

c ¶ *Quid eſt mandatum primū?*] In ſecunda tabula primum, qua ad humanitatem pertinente pracepta ſex numero continuebat. Prima enim tabula propriè officia exigebat.

d ¶ *In promiſione: vi benē ſit tibi, & ſis longaeus ſuper terram.*] Non in hac terra in qua impij non nunquam & in parentes ſcelesti ſeneſcunt, ſed ſuper terram illam quam dominus mitibus promiuit, in qua iuſti habitabunt, & cuius bona viſueros eſſe credunt.

e ¶ *Et roſpatres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, ſed do-*

*ceſte eos in disciplina & correptione domini.*] Siue in moderatione. Et non irrationabiliter verberando, ſiuſ ne eos ad ſecularia ſtudia prouocantes iracundiam dicere faciatis: ſed dimi-

*næ legiſ eos inſtituite diſciplinis: talibus ergo parentibus præcepit obedire.*

f ¶ *Serui obediſte domini carnaliſbus.*] Non enim veſit Christus conditiones mutare. Nam ſeruitum non natura dedit, ſed captiuitas fecit, neq; ex male-

*dicio Cham, vt quidam putat, cum ex eo reges legamus eſſe generatos. Maledictū illud in filijs Cham, impletum eſt, qui Iſrael ſunt ſubiugati. Pronidet ſanè hic Apoſtolus, ne doctrina Dei in aliquo blaſphemetur, ſi credentes ſerui ſuī dominis inutiiles ſiant. Et qui ſortè permif-*

*furis erat, alios ſeruos fieri Christianos, de iſpis iam factis incipiat pœnitere. Si vero vide-*

*rit eos in melius profectiſe, & ex infidelibus fideles effectos, non ſolum alios optabit crede-*

*re famulos ſuos, ſed etiam ipſe fortalibet ſaluabitur.*

g ¶ *Cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis vestri.*] Cum omni obediencia & festinatione humilitatis, priori ſuperbia & ſimulatione deposita.

h ¶ *Sicut in Christo.*] Hoc in Christo fit, quicquid eius con-

templatione hominibus exhibetur.

i ¶ *Non ad oculum ſeruentes, quaſi hominibus placentes.*] Non ti-

mentes dominos tantum, quaſi iſpis non Deo placere volentes.

j ¶ *Sed vt ſerui Christi facientes voluntatem Dei ex animo.*] In hiis que Dei non ſunt contraria voluntati. In multis enim concordat cum lege naturali animus dominorum, quaſi ſeruos & fideles & ſobrios & caſtos & humiles habere deſiderant.

k ¶ *Cum bona voluntate ſeruentes ſicut domino, & non homini-*

*bus.*] Non cum murmuratione, ne apud homines gratia, a-pud Deum mercede priuemini.

l ¶ *Scientes quoniam vnuquisque quodecumq; fecerit bonum, &c.*] Quicquid propter dominum feceris, habebis ab ipſo mercedem, nec te desperare faciat conditio ſeruitatis.

m ¶ *Et vos domini eadem facite illis.*] Ne ſi fugerint, tuae ma-

litiae incipias deputare, non legi. Hoc etiam paganus fe-

- A cillit, si aliter tractaretur praeceptum, & tu audire de illo non vis quod iustum est?
- a ¶ Remisit omnes, scientes quia illorum & uester dominus est, Minimini propter disciplinam, sed remittite propter misericordiam, & vt vobis a uestro domino remittatur, apud quem utique unum estis, vt hec reditas quae promissa est, una sit in vobis.
- b ¶ De cetero fratres.] Generali epistolam exhortatione concludit.
- c ¶ Confortamini in domino & in potentia virtutis eius.] Exempli domini & virtute.
- d ¶ Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus infidias diaboli.] Contra spirituales hostes spiritualia arma sumenda sunt, ut dissimilitudine diaboli natura armorum fortitudine protegatur.
- e ¶ Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.] Caro & sanguis homo dicitur.
- f ¶ Sed aduersus principes & potestates.] Qui sibi principatum in huic mundi homines usurparunt: & qui ignorantes animas per peccata seducunt.
- g ¶ Sed aduersus mundi rectores tenetarum harum.] Contra demonum potestatem, qui sibi in homines mundi huius potestatem capientes, ignorantiae erroribus praefundunt, qui tenebris comparantur, sicut ipse ait. Fuit enim aliquando tenebra, nunc autem lux in domino.
- h ¶ Contra spiritualia nequit in celestibus.] Sunt autem spirituales bonitatis in celestibus in aere, ubi volucres caeli appetantur.
- i ¶ Propterea accipite armaturam Dei.] Quia tales habent ini- micos.
- k ¶ Ut possitis resistere in die malo.] Non sibi malus est dies, sed nobis quando impugnamur a malo.
- l ¶ Et in omnibus perfecti stare.] Non in aliquantibus perfecti vult hominem. Sed & hoc notandum, quod omnes ad perfectionem horratur.
- m ¶ State ergo succincti lumbos vestros.] Perfecte state, lumbis mentis succincti, hoc est, in omni prelio preparati, & ab omnibus curis saeculi expediti.
- n ¶ In veritate.] Non hypocriti: nemo enim coronatur, nisi qui legitime certauerit.
- o ¶ Et induit lorica iustitia.] Sicut lorica multis circulis vel armillis intextur, ita & iustitia diversis virtutum connectitur speciebus. Monet autem non solum peccatoris conscientiam, sed & ventris continentiam, necnon & ad famorum usque pertingit libidinum coercendam.
- p ¶ Et calciat pedes in preparatione euangelij pacis.] Cum fiducia incedentes intrepide predicate.
- q ¶ In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingue.] In omnibus certaminibus fide muniamur. Quia sicut scutum ipsorum quoque armorum defensio est, & sine hoc omnis armatus inermis est: ita & haec virtutes sine fide salutare non possunt. Nam sicut scutum omnina iniecta repellit & recutit, ita & fides omnes diaboli persuasions extinguit, quamvis quasi lumen rationis habere videantur.
- r ¶ Et galeam salutis assumite.] Quia omnes capitum tensus, a prauis officijs protegat & abscondat.
- s ¶ Et gladium spiritus, quod est verbum Dei.] Nemo militum audet ad bellum sine gladio profici: se enim vt enim tueri potest, sed hostem non valet occidere. Nonnunquam etiam ab audaci inimico perimitur, & armis omnibus expoliatur, ita sine Dei verbo, iustitia omnis intuta est.
- t ¶ Per omnem orationem & obsecrationem.] Semper hunc gladium postulate.
- u ¶ Orantes omni tempore in spiritu.] Non impediatis orare semper, & pro rebus spiritualibus deprecari.
- x ¶ Et in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione.] Nihil enim prodest dormientis more latere corpore, & animo praeaurari, dum in hac vanitate nec ab homine possit aliquid impetrari.
- y ¶ Pro omnibus sanctis.] Sancti estote, ut possitis orare pro sanctis.
- z ¶ Et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euangelij.] Pax fratibus & charitas cum fide a Deo patre nostro & domino Iesu Christo. ¶ Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.
- i ¶ Propterea accipite armaturam Dei.] Quia tales habent ini- micos.
- k ¶ Ut possitis resistere in die malo.] Non sibi malus est dies, sed nobis quando impugnamur a malo.
- l ¶ Et in omnibus perfecti stare.] Non in aliquantibus perfecti vult hominem. Sed & hoc notandum, quod omnes ad perfectionem horratur.
- m ¶ State ergo succincti lumbos vestros.] Perfecte state, lumbis mentis succincti, hoc est, in omni prelio preparati, & ab omnibus curis saeculi expediti.
- n ¶ In veritate.] Non hypocriti: nemo enim coronatur, nisi qui legitime certauerit.
- o ¶ Et induit lorica iustitia.] Sicut lorica multis circulis vel armillis intextur, ita & iustitia diversis virtutum connectitur speciebus. Monet autem non solum peccatoris conscientiam, sed & ventris continentiam, necnon & ad famorum usque pertingit libidinum coercendam.
- p ¶ Et calciat pedes in preparatione euangelij pacis.] Cum fiducia incedentes intrepide predicate.
- q ¶ In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extingue.] In omnibus certaminibus fide muniamur. Quia sicut scutum ipsorum quoque armorum defensio est, & sine hoc omnis armatus inermis est: ita & haec virtutes sine fide salutare non possunt. Nam sicut scutum omnina iniecta repellit & recutit, ita & fides omnes diaboli persuasions extinguit, quamvis quasi lumen rationis habere videantur.
- r ¶ Et galeam salutis assumite.] Quia omnes capitum tensus, a prauis officijs protegat & abscondat.
- s ¶ Et gladium spiritus, quod est verbum Dei.] Nemo militum audet ad bellum sine gladio profici: se enim vt enim tueri potest, sed hostem non valet occidere. Nonnunquam etiam ab audaci inimico perimitur, & armis omnibus expoliatur, ita sine Dei verbo, iustitia omnis intuta est.
- t ¶ Per omnem orationem & obsecrationem.] Semper hunc gladium postulate.
- u ¶ Orantes omni tempore in spiritu.] Non impediatis orare semper, & pro rebus spiritualibus deprecari.
- x ¶ Et in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione.] Nihil enim prodest dormientis more latere corpore, & animo praeaurari, dum in hac vanitate nec ab homine possit aliquid impetrari.
- y ¶ Pro omnibus sanctis.] Sancti estote, ut possitis orare pro sanctis.
- z ¶ Et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium euangelij.] Pax fratibus & charitas & fides, perfectum faciunt Christianum. Tamen sine fide in fructuosa est charitas, sicut fides sine charitate vel pace. Charitas maior est pace. Potest enim odio non haber quis, nontamen & amari.
- d ¶ Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum, &c.] In quorum corde adulterino more per luxuria Christi dilectio non violatur.

Commentariorum in epistolam ad Ephesios finis,

C O M-